

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: In Cl. Ptolemaei Alexandrini effifiem

Citation: Brahe, Tycho: "In Cl. Ptolemaei Alexandrini effifiem", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 269. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho06tom-shoot-workid54282/facsimile.pdf> (tilgået 24. januar 2022)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Ophavsret Materialet er dedikeret til public domain. Du kan kopiere, ændre, distribuere og fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs CC0-erklæringen.](#)

Inueniuntur infuper in hoc Muſæo alij Globi magni paruique, ſex
 vel octo numero, partim cœleſtes, partim terreſtres; prætereaque omnis
 generis minora organa Aſtronomica & Automata. Parieti quoque, inter
 feneftras, Tabulæ appenſæ ſunt, in quibus præſtantium aliquot Aſtro-
 5 nomorum Effigies depicte cernuntur, vtpote HYPPARCHI, PTOLE-
 MÆI, ALBATEGNII & NICOLAI COPERNICI. Additur etiam Illu-
 ſtriſſimi Principis, Domini WILHELMI, Landgrauij Haſſiæ, &c. ob
 inſignem rerum Aſtronicarum peritiam, Imago. Quin & Celeberrimi
 Poëtæ BVCHANANI Scoti Icon ſimul aedeſt, quam Nobiliſſimus & in
 10 literis humanioribus Erudiſſimus magnique nominis vir Dn. PETRVS
 IVNIVS, Magnificam, miſus a Rege ſuo (cuius intimum agit Confili-
 arium) in Daniâ Legationem obiens, & TYCHONEM Vraniburgi in-
 † uifens, dono ei dedit. Hæc adeo appoſite BVCHANANVM repræ-
 ſentat, vt cum ipſemet Sereniſſimus Scotorum REX poſtmodum Anno
 15 1590, in Daniâ præſens Vraniburgum etiam veniſſet, quamprimum
 TYCHONIS Muſæum ingreſſus eſet, hanc ſui olim Præceptoris Ima-
 ginem conſeſtim agnouerit, illique nutu & digito applauferit.

Adſunt infuper ſeptem Philoſophorum Italicorum, qui ante Annos
 circiter centenos floruerunt, Effigies vnâ eademque Tabulâ compre-
 20 henſæ. Plurima etiam alias in hoc Muſæo Philoſophica Aſtronomica-
 que reperiuntur, quæ prolixum nimis foret hîc recenſere.

Exornauit vero TYCHO hoc Studorium multis alijs Elegantibus &
 Muſæo conuenientibus rebus, atque hinc inde pluribus picturis, tum
 quoque Carminibus & ſcitis Philoſophorum dictarijs, quale eſt illud
 25 Platonicum in Epinomide, quo doctrinam numerorum & motuum
 cœleſtium vnicam & veram ad diſcendum, & ſapientiam in hac vitâ
 aſequendum, viam eſſe abeuerat, quod Lapidi Porphyrio aureis literis
 † inſcriptum eſt. Inter alios autem Verſus, quos TYCHO varijs Effigie-
 bus ſubiunxit, hæc faltem quæ PTOLEMÆI & COPERNICI Iconibus
 30 ſubneſcuntur hîc annotare libuit. ||

239 IN CL. PTOLEMÆI ALEXANDRINI EFFIGIEM.

SIC Oculos, Faciem, Barbam, ſic Membra gerebat,
 CLAVDIVS is, nomen cui PTOLEMÆVS erat.
 Ille quidem Iluſtri Regum de ſtemmate cretus,
 35 Nilus vbi irriguis prata pererrat aquis;
 Regali tamen hunc non eſt dignatus honore
 Romanus toto Miles in Orbe furens.
 Id tulit inuitus patienter, ſpemque fouebat,
 Se fore quem maior forte maneret Honos.
 40 Nec fruſtratus in hoc; quamuis Ægyptia Rura,
 Quamuis Niliacas non reparauit Opes.

Quin